

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Maria ad
cum fonte primo

Si criminum immanitate turbatus,
si conscientie feditate confusus,
si iudicii horrore perterritus,
si baratro desperacionis absortus,

Mariam cogita, Mariam inuoca.
Non recedat a corde, non recedat ab ore.

Nam
ipsam cogitans non erras, ←
ipsam rogans non desperas,
ipsam sequens non deuias; →
ipsa tenente non corruis,
ipsa protegente non metuis,
ipsa duce non fatigaris,
ipsa propicia peruenis,
et sic in temetipso experiri poteris
quam merito dictum sit:
nomen uirginis Maria,
id est maris stella.

Bernardus in sermone.

Si criminum immanitate turbatus,
conscientiae foeditate confusus,
iudicii horrore perterritus,
baratro incipias absorberi tristitiae,
desperationis abyssو, cogita Mariam.
In periculis, in angustiis, in rebus dubiis,
Mariam cogita, Mariam invoca.
Non recedat ab ore, non recedat a corde,
et ut impetres eius orationis suffragium,
non deserhas conversationis exemplum.
Ipsam sequens non devias,
ipsam rogans non desperas,
ipsam cogitans non erras.
Ipsa tenente non corruis,
ipsa protegente non metuis,
ipsa duce non fatigaris,
ipsa propitia peruenis,
et sic in temetipso experiris
quam merito dictum sit:
ET NOMEN VIRGINIS MARIA.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in laudibus uirginis matris*, 2.17 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.35, ll.7-15).